APHTHONII SOPHISTAE PRAEEXERCITAMENTA INTERPRETE VIRO DOCTISSIMO.

C. 20. a 2/2

IMPRESSA Londini per Richardum Pynson regiũ impressorem cum priuilegio a rege indulto/ne quis hunc in regno Angliæ imprimat/ aut alibi impressum/ importatũue in eo dẽ regno Anglię vendat.

BRITISH MUSEUM

GENTIANVS HERVETVS AVRELIENSIS SVO IACOBO BERNARDO LONDONIENSI. S.P.

EN tandem mi dilectissime Bernarde in Latinum versa Aphthonij progymnasmata typis excudi passus sum: inuitus sane: et non nisi tuis: et multorum precibus coactus. Ne forte ſi perpetuo eorum lectione fruerer solus: uide ar tantam inuidere anglis eruditionis suppellectilem: quãta horum preexercitamentorum vsum: necessario comitatur. Quod etiam iam sepe a compluribus non citra maledicentium stomachum: in me dictum accipio. Ceterum dum vestrum commodum hac parte insequor: interim perfidiæ imprudentiæq; turpissimã notam qua fugiam via non reperio. tum quod mihi vni creditum opus in vulgus me ferente prodit: idq; incõsulto et penitus inscio autore. Tum quod hoc pacto plurimum in me transfertur gratiæ: alieno debitę labori. Itaq; vestris desyderiis obsequens: non leuem meę existimationi ipse accersso pernitiem: nõ secus ac qui propter aliorũ salutem sese diis inferis deuouebant Verumtamẽ sic rem temperare visum est: vt nec premendo vos tot bonis defraudem: nec

edendo magna interpreti fiat iniuria. Nam clariſſimum autoris nomen: ex quo vel maxime commendari poterat hoc opuſculum: ideo celandum duxi: vt ſemper tanq̃ re integra deligat malit ne in publicum aliquãdo notus exire: vel perpetuo ignotus latere. Illud autem vnum etiam atq; etiam deprecor ne adſcribatur interpreti: ſi quid hic occurrat parum apte: aut eleganter tranſlatum. Nam quod nactus ſum exemplar indiligentia: vel inſcitia ſcriptoris: et paſſim corruptum: et ſubinde mãcum fuit. Vnde meo iudicio: et emendare: et addere multa neceſſe habui. Quamobrem in me: & librarium reiectis viciis: interpretem doctiſſimum pro meritis amplectamur: veneremurq;. Bene vale mi ſuauiſſime Iacobe.

¶ APHTHONII SOPHISTAE PRAEEXERCITAMENTA.

FABVLA.

FAbula a poetis sumpsit initium: verum oratoribus etiã cõmunis habetur ob admonitionẽ Est aũt fabula oratio falsa veritatis imaginẽ prese ferẽs. Vocaturq; sybaritica: et cilix: et cypria: varietatẽ nominum ab inuẽtorib⁹ adepta. Sed vincit ab Aesopo denominatio: eo quod optime omniũ Aesop⁹ fabulas composuit. Fabularum autem alia est rationalis: alia moralis: alia mixta. Rationalis in qua homo aliquid agens inducitur. Moralis quę animalium ratione carentium morem imitatur. Mixta que cõstat ex vtraq;: rationali & irrationali. Admonitionem autem: ob quã fabula ficta est: si proposueris appellabis promythion idest pręfabulationem: si finem claudat. Epimythion idest affabulationem.

Fabula

VIgebat estas: et cicadę musicen intẽse pręludebant. At formicis laborãdũ esse succurrebat: colligendis fructibus operã impẽdẽtibus: quib⁹ hyeme nutrirẽtur. Ergo hyeme aduentante formicis alimẽtũ ex laborib⁹ suppetebat: alteris delectatio in indigentiã desinebat. Sic

iuuentus: quę labores fugit: senectutem degit infelicem. ¶ Definitio narrationis.

NArratio est expositio rei factę aut quasi factę: ea generalis est: & particularis. Differt particularis: de qua nūc agitur: a genetali. Sicuti poema a poesi. Poesis em̄ est tota ilias: poema armorū Achillis fabricatio. Narratio quędā fabulis congruit: quędā historię: quędā ciuilibus causis. Quę fabulis cōuenit: ficta est. Quę historię: antiquę rei expositionē continet. Ciuilis autem est: qua oratores vtuntur in ciuilibus decertationib⁹. Cōpetunt narrationi sex: psona quę fecerit. Res quę facta sit. tēpus quo. locus in quo. mod⁹ per quē. causa propter quā. Virtutes narrationis quatuor sunt. perspicuitas. breuitas. verisimilitudo. nominumq; latinitas.

¶ Narratio de Rosa.

QVi rosam admiratur ob pulchritudinē: veneris plagā reputet. Etem̄ amabat Adonin dea: marsq; venerē redamabat. Atq; hoc erat Adoni dea: quod veneri mars existebat. Deus amabat deum: deusq; persequebatur hominē. Desyderiū simile: quāuis differrēt genere. Mars inuidēs Adonidi mortē struebat: ratus amoris finē Adonidis mortē sanciat. igitur mars Adonī At dea facinore cognito opē latura festinabat. Dūq; nimis properat: labitur in spinas

plãtaq; pedis trãsfigitur. Qui aũt ex vulne re sanguis effluxit: roseq; colorẽ: in propriam mutauit speciẽ. Rosaq; initio alba q̃ fuerat: in quod nunc cernitur commutata est.

¶ Diffinitio vsus.

VSus est commemoratio breuis: apte id psonã quãpiã relata. Is vtilis q; sit vsus appellatur. Vsus aũt alius oratione cõstat: alius actu: alius ex vtroq;. Oratione: qui vtilitatẽ oratiõe denotat: vt plato virtutis ramos sudore: laboribusq; nasci dicebat. actu qui actũ significat: vt Pythagoras interrogatus quãta nã esset hominũ vita: cũ parũper se ostẽdisset: delituit. vitę mẽsurã quo visus est: spaciũ esse indicãs. Mixtus qui ex vtroq; oratiõe actuq;: vt Diogenes cũ adolescẽtẽ ineptientẽ cõspexisset. pedagogũ pcussit: effat⁹. Quid em̃ sic instituis? vsus diuisio huiusmodi est: eũq; dilatabis capitib⁹ his. laude: paraphrasi: ex causa: a cõtrario: cõparatiõe: exemplo: testimonio veterũ: epilogo breui. ¶ Vsus cõis. ¶ Isocrates institutionis radicem amaram dixit: fructus autem dulces.

IVre optimo Isocratẽ ob artẽ admiremur. qui nomẽ in ipsa clarissimũ meruit: & quãti nã esset dũ exercet: edocuit. artẽq; celebrat: nõ ab arte celebratur ipse. Quęcunq; igitur aut regibus leges sanciens: aut priuatos instruens vitæ hominũ beneficia cõtulit enarrare lon

Laus autoris.

gũ eſſet. verũ quę nã de inſtitutiõe philoſo-
Peri: phraſis phatus eſt. Inſtitutiõis amore captus: labo-
res ſane aggreditur: labores tamẽ quorũ ſit
finis vtilitas: q̃q; philoſophat⁹ eſt: huiuſmo
Ex cau ſa. di ſunt. At vero eũ deinceps admiremur. Et
eẽ inſtitutiõis amore capti cũ inſtitutionis
ducibus aſſidue verſantur: ad quos acceſſus
formidinẽ affert: ſeiũctio ignorãtiã: met⁹ ſẽ
per affatim eſt pueris: p̃ſẽtib⁹ acceſſuriſq;: p̃
ceptoribꝰ pedagogi ſuccedũt: horribiles q̃dẽ
viſu. Sed dũ plectunt horribiliores: met⁹ ex
periẽtiã pręuenit: metuiq; ſuccedit punitio:
&in puerorũ q̃dẽ errores animaduertũt: pro
fectus autem ſibi vendicant: pedagogis pa-
rentes ſunt magis aſperi: vias examinãtes
progredi cogentes: forumq; ſuſpicantes. Et
ſi punire oporteat: naturę obliuiſcũtur. Ve-
rum in his verſatus puer: in virum euadens
a cõtra rio. virtute coronatur. Quod ſi quis hec metu-
ens: deuitet pręceptores: aufugiat parentes
a pedagogis auertat ſe: penitus doctrina pri
uatur: & vnã cum metu diſciplinis etiam ca
ruit. Hęc itaq; omnia Iſocrati perſuaſerũt:
vt inſtitutionis radicem amaram nomina-
Compa ratio ret. Nam quemadmodum terrę cultores per
laborem quidem terre mandant ſemina: tru
ctus autem cum voluptate colligũt maiori:
ſic inſtitutionem ſibi vendicantes: laborib⁹
Exem plum. deinceps inhęrentem adipiſcũtur gloriam.
Demoſthenis vitam intuearis licet: qua nul
lius oratoris vita laborioſior. ſed gloria tã

dem cęteris omnibus pręcellentem. Namq; hic tantum ſtudio exceſſit: vti mundum etiam capitis auferret. Mundum optimum virtutis ratus: & laboribus impendit: que voluptatibus alii impartiunt. Id circo admirati one dignus eſt Heſiodus: aſperum aſſerens virtutis tramitem: molle cacumen. Eãdem ſententiam cum Iſocrate philoſophatus. Quod enim Heſiodus viam pronunciauit. Iſocrates radicem vocauit: differẽtibus nominibus vnum vterq; ſenſum exprimentes. Ad quę reſpiciẽtes: oportet Iſocratem admiremur: pulcherrime de inſtitutione philoſophatum. teſtimonium

Epilogus.

¶ Diffinitio ſententię.

SEntentia eſt oratio breuis per enũciationem exhortans ad aliquid: aut ab aliquo dehortans. Sentẽtiarum quędam ſuaſorię ſunt: quędã diſſuaſorię: quędam enunciatiuæ. Pręterea quędam ſimplices/quędam coniugatę/quędam veriſimiles/quędam hyperbolicę/ſuaſoria/huiuſmodi eſt: preſentem accipiẽs hoſtem/dimitte volentem. Diſſuaſoria: vt conſilii aut opus eſt: per nox vt dormiat autor. Enunciatiua: opus eſt igitur pecuniis: & ſine iſs nil fieri poteſt eorũ quę fieri opus eſt: Simplex: vnum: pro patria augurium: decernere ferro. Coniugata: imperium haud preſtãs ex multis: imperet vnus: vnus rex eſto. Veriſimilis: vt eſt quiſq; ſimilis: quis cũ verſatur libens. Vera vt nõ eſt dolore vacua vi

ta in quopiã. Hyperbolica: vt debili⁹ nil terra hoie est: quod nutriat vllũ. Diuisio sentẽtię hec est. Eãq; dilatabis capitibus vsus. Laude: paraphrasi: ex causa/a contrario. cõparatione: exẽplo: antiquorum testimonio. Epilogo breui. Differt vsus a sentẽtia: quod vsus interdũ fiat etiã actu: sentẽtia semper oratiõe. & quod vsus indiget ꝑsona: sententia absq; persona proferatur.

¶ Sententia suasoria.

Pauperiem fugiens in pontũ ingentia cete
Pascentem: incautes fas quoq; cyrne ruat.

Laus autoris

ACcusare poesim Theognis nõ ꝑmisit: qui pro fabulis admonitionem exercuit. Nã cũ videret poetas: fabularũ studio nimiũ indulgẽtes: illis omissis præcepta viuẽdi metris clausit. Metri pariter venustate seruata: pręceptiq; vtilitate adhibita. Atq; ob multa sane laudare quis posset Theognin. Sed p̃sertim ob ea q̃ de paupertate philosophat⁹ est: & quid nã dicit? Qui pauꝑ viuit: oportet vt icũbat ac si sit melius prius e vita decedere: q̃ solẽ turpitudinis testẽ adipisci. Quęq; sane philosophat⁹ est huiusmodi sunt. Quãbene aũt licet aĩaduertere. Qui em̃ pauꝑ viuit primũ in pueritia virtutẽ nõ exercet: i virũ cũ eua serit: pessima q̃q; patrabit. Nã legatiõe fungẽs: vendet auro patriã. Sentẽtiã dicẽs: loq̃tur pręcio inhiãs. Sorte iudex factus: vẽdet suffragia. Sed nõ hmõi sunt qscũ pauꝑtas

Pariphrasis

Ex causa.

a cõtrario.

nō habitat. Nā pueri cū sint: studijs incumbūt honestissimis. Et in viros adulti: preclare opa peragūt. Tū muneribꝰ edēdis munificit: q̄ liberales ad vsus patrię conferentes.

Quēadmodum autē qui vinculis arcētur grauibus ab agendis rebus vinculis prohibentur. Eodem modo: quos paupertas præmit: indigentiā ex paupertate impedimētū habēt. Irum aiaduerte: qui vnus ithacensiū natus erat: verū eiusdē cū aliis ciuibꝰ libertatis nonerat particeps. Sed tantū illis: superfuit indigentię: vt nomē ob paupertatē mutauerit. Quippe cū Arnęꝰ initio vocaretur Irus est mutato noie appellatus: ex ministerio cognomentū adeptus. Et quid opus est Irū referre. Cū vlixes ipse Ithacę dñs: dū in propriā tellurē ingressus paupertatē fingit: malorū paupertatis efficitur particeps: domi iactibus: atq; ancillarū conuiciis impeditus. Sic paupertas vel ficta: dura est res.

Propterea opus est: vt apud me sit Euripides in admiratiōe: malū est egere qui dixit. Nam pauperiem mutare nobilitas nequit.

Quare quo pacto licet Theognin satis admirari: talia de paupertate philosohatum.

Compa ratio.

Exemplum.

Testimoniū.

Epilogus.

¶ Definitio confutationis.

COnfutatio est destructio propositę alicuiꝰ rei. cōfutāda sūt neq; valde manifesta: neq; oino impossibilia sed q̄ mediū tenēt ordinē. Cportet aūt

confutantes prẽmittere calumniam eorum qui dixerint: tum apponere rei expositionẽ vtiq; huiusmodi capitibus. primum incerto ac non verisimili. Ad hęc impossibilit: & incõsequenti: indecentiq;: extremum autem inutile adhibere.

Confutatio q̃ non sint consentanea veritati: quę de Daphne dicuntur.

a calũnia eorũ qui dixerunt.

VT poetis cõtradicam ratio abnegat: verum ipsimet vt ipsis contradicamus: nos excitant. qui de diis priores talia fabulentur. Cur igitur non ratione careat: illos quidem nullã deorum habuisse rationem: Nos autem poetarum habere rationẽ. Atq; in omnes ego deos conuitia illorum egreferebam. Sed in Apollinem preter omnes: quem ducem proprie artis prætendunt ipsi: qualia em̃ de apollinis Daphne fabulati sunt. Daphne aiũt ex terra: et ladone prouenit: et cum forma prẽstaret ad amorem sui Pythium compulit. At ille captus amore: sequebatur: sequensq; non cõsequebatur. Terra autem puella accepta: florem: puellę cognominem reddidit. Eaq; iam in aliam mutata formã: caput Apollo coronauit: plantamq; tripodi Pythio ob desyderium puellę mortalis admouit: ac germen artis iudicium exhibet. Et eorum sane

fabulamenta eiuſmodi ſunt: verum ex his
quę deinceps ſequuntur: agnoſcere licet an
vera loquuti ſint. Daphne ex ladone pro- ab ícer
ceſſit: ac terra: quam nam generis certitudi to
nem referens? hæc eñ homo. Illa diuerſam
ab hac naturam ſortita ſunt. Quo pacto au
tem ladon coniungitur terrę: quam aquis al
luit? Ergo oñes fluuij: telluris mariti nũcu
pentur. Et eñ omnes ipſam alluunt. Quod
ſi a fluuio proceſſit homo: ergo et fluui⁹ pro
cedat licet ex homine: quando ſucceſſiones
referunt genitores. Ecquid nuptias etiam
terrę ac fluuij nominant? Senſum habentiũ
Hymenęus eſt. At tellus ſuapte natura ſen-
ſu carentium eſt. Aut igitur inter fluẽta: Da
phne eſt cenſenda. Aut inter homines ponen
dus ladon. Sed eſto concedatur poetis natã ab im
eſſe Daphnem ex ladone: terraq;. Puella vt poſſibi
primũ genita eſt apud quos nã alebatur? Líli.
cet enim genituram conceſſero: educatio lí-
quido patet impoſſibilis. vbi eñ puella ver-
ſabatur? certe apud parentem. Et quíná ho
minum in flumine conſuetudinem tolleret?
Imprudẽs pater ſuffocaret aquis: priuſq; nu
triret profluxibus. At ſub terram verſaba-
tur puella: apud matrem. Ergo latuiſſet la-
tenſq; ſpectatore caruiſſet: cuius autem pul
chritudo lateret: eius deſyderium naſci nõ
poterat. Si líbet hoc quoq; poetis conceda- ab inde
mus. At quo pacto deus amore captus erat? cente.
cupiditate naturam ementitus. Amor exi-

sentium molestissimum. Estq; pariter absurdum: diis attribuisse grauissima. Si enim morbo laborant dij: quid amplius a mortalibus different? Quod si amorem quod est grauissimum patiuntur: Quid nam a vulgo differunt molestissima tolerantes? Sed neq; affectū nouit natura: neq; Pythius amator apparuit. Quo pacto autem persequens puellā Pythius a mortali victus est? Viri mulieres superant: et mulieres prestiterūt diis. quod vincitur a mortalibus: quomodo deum etiā superauit? cur autem puellam mater excipiebat. Num inter mala nuptiæ habentur? et cur nam ipsa mater extitit? Quin inter bona: cur ergo filiam priuauit bono? Aut igitur non facta est mater: aut facta: vtpote inuida: iudicetur praua. Cur item propriis operib⁹ versabatur tellus? dolore afficiebat Pythiū seruando: et eundē rursus solabatur producēdo. Solari nō oportebat si volebat affligere. Aut qd ad tripodas: de⁹ coronabatur arbore. Germē voluptatis nota extitit. At vaticiniū virtutis indiciū colitur. Quomodo igitur coniunxit Pythius: quę suopte ingenio iungi nequeunt. Et cur nam mortalis quidem occasio: immortalis autem affectio. Sed iam de poetis finem faciam: ne more poetarum loqui videar.

ab incō sequenti.

ab inutili.

¶ Confirmationis
Definitio.

CONfirmatio est propositę alicuius rei asseueratio. Sunt autem cõfirmanda quę nec valde incerta sũt: nec penitus impossibilia. Sed ea q̃ medium tenent ordinem. Oportetq; vtamur confirmantes eorum contrariis: quibus vsi sumus in confutatione. Ac primũ cõmendare aliquantisper autorẽ. Tum aliqua ex parte ponere expositionẽ: et cõtrariis vti capitibus. Certo pro incerto: pro non verisimili verisimili. pro impossibili: possibili. pro inconsequenti: consequẽti. decentiq; pro indecenti. et vtili: pro inutili. Hęc autẽ exercitatio totius vim artis continet.

¶ Quod veritati consentanea sunt quę de Daphne dicuntur.

QVi poetis aduersatur: musis ipsis aduersari mihi videtur: si enim quęcũq; poetę personant: ea ex musarum mente proferunt. Quo pacto nõ ipsis cõtradicit musis: qui poetarum dictis conatur detrahere? Omniũ itaq; poetarũ ego sententiam approbo. Sed illius maxime omnium: qui Daphnem a Pythio amatam Philosophatus est. Qualia enim dicenti quidam non adhibent fidem. Daphne ait ex terra processisse ladoneq;. Quid hoc per dęos incredibile? Nonne omnibus generatio Aqua & tel

autorũ laus.

Expositio. a certo

lus:nonne ſemen vitę prodeunt & elemẽta:
quod ſi ex tellure procedit:et humido quic-
quid generatur:ratam facit Daphne cõmu
nem omnium generationem ex tellure:lado
neq; progreſſa. Generataq; vnde generãtur
cuncta:ſpecie pręſtabat cęteris. valde ſane
conuenienter. Quæcunq; enim e terra red-
duntur prima:ea cũ naturę proueniunt pul
chritudine. Nam multę ſunt mutatiões cor
porũ:quibus pulchritudo conſpicitur. Sed
quod primum apparuit omnium pulcherri-
mum habetur. Non ab re igitur Daphne alí
is pręſtitit:cum prima omnium ex terra pro
A veri- dierit. Cũ igitur forma pręcelleret Daphne
ſimili. eius amore captus eſt Pythius: id quoq; de-
center:quicquid enim pulchri in terra ver-
ſatur:prouenit a diis:quod ſi bonorum quæ
in terra ſunt:pulchritudo eſt feliciſſimum:
quia pulchritudo donum eſt deorũ: amato-
rem habuit pulchritudo deũ. Quę enim do-
nantur a diis:amantur ab omnibus. Amans
a poſſi- autem deus:affectui mederi cupiebat. Etem
bili. huiuſmodi ſunt virtutes: per vim acquiri
amant:et abſq; laboribus virtutem aſſequi
non licet:vnde laborabat:cupiens laborani
q; non eſt conſecutus. Quando virtutis finẽ
videre nõ licet: hinc amore captum Pythiũ
memorant haud quaq̃ deorum naturam ar-
guentes:ſed virtutis naturam amoris cau-
a conſe ſam indicantes:declaratq; perſequentis ex
quenti cellentia fugientis naturam. Fugiẽtem au

tem puellam excipiebat mater: quia mortalia omnia eiusmodi naturam sortita sunt: vnde prouenere: properant illuc. Idcirco tẽ dit in terram Daphne: de terra progressa. a decen

Et puella recepta: tellus plãtam reddidit. ti.
Nam vtrumq; telluris opus: et in illã cadẽtes homines & arbores ex illa nascentes.

Cum apparuisset planta: occasionem Apollini prębuit: vnde esset in honore. Nam Dij nec plantas prouidentię sue relinquunt expertes: quinetiã coronant productis. Quãdo primitię dedicantur Dijs: et vaticinii facta est indicium: hoc quoq; vt puto conueniens. Nam puellam Sophronem nominant: & vaticinium ex temperantia prouenit. Eo igitur quod ignorauit puella voluptatem: virtutibus dedicatur. Neq; enim futurũ videre licet intemperantia laboranti. Ob hæc admiror poetas: ac propterea metra amore prosequor. a vtili.

¶ Definitio cõmunis loci.

LOcus cõmunis est oratio exagerationem continens bonorũ malorũue: q̃ insunt alicui. Dictus est autem cõmunis locus: quod cõmuniter omnibus conueniat: qui participes fuerint eiusdem rei. Nam oratio contra proditorem cõmuniter omnibus cõpetit: qui eiusdẽ rei fuerint par-

ticipes. estq; perotationi similis: et epilogo: propterea q; cõmunis locus proœmium non habet: sed formulam proœmiorũ fingimus: exercitationes iuuentuti proponentes: post quę ponēs capita. Primum a contrario. Deinde afferes expositionem: non tanq; edocēs quia res nota est: sed tanq; ad iram auditorem concitans. Tum comparationem ex iuxta positione excessum in reum colligens. Tum volũtatem: caput sic appellatum: animum rei calumnians. Tum digressionē per coniecturas: præteritam vitã accusans. Tũ misericordię amotionem: et tandem finalia capita: legitimum: iustũ: vtile: possibile: gloriam & euentum.

¶ Cõmunis locus contra Tyrannum.

Proœmium primũ.

OOnec leges stant & iudicia: legibus pœnas luat: qui leges destruit. Nã si pręsenti iudicio liberatus: popularior futurus esset: pœnam fortasse quispiam ei condonaret. Verum enim pręsenti deuitato periculo: futurus sit violẽtior. Quonam pacto iustum fuerit: tyrannidis initiũ huius constituere veniã. Cæteri igitur omnes quicunq; iudicare sortiti sunt: ex absolutione reorũ nullam lesionem: nullum patiũtur incommodum. Tyrannidis autem absolutio: ad iudices transfert nocumentum. Et enim nec iudicium ipsum relinquitur amplius: si Tyrannus superior existat. Videmi

proœmium secundũ.

a cõtrario.

ni autem mihi de huius cogitatiõe exactius
conſideraturi: ſi maiorem mẽtem reputaue
ritis. Nobis optime conſulẽtes: maiores no
ſtri ciuilitatem adinuenerunt a Tyrannide
nimirũ alienã: ac valde quidem iuſte. Nam
cum alię alias fortunę inuadãt homines: ac
mentes eorum in diuerſum trahãt: fortunæ
varietatẽ corrigentes: legum ęqualitate: le
ges adinuenerunt: vnam ex ipſis omniũ ſen
tentiam reddentes: atq; hoc ciuitatibus lex
efficitur: malorum certe remedium: quorũ Expoſi
infortunia prebent initium. Huiuſmodi re tio.
rum nil iſte reputans cõciliũ quoddam peſſi
mũ iniſt: ratus ciuilitatis legem cõmutan
dam: atq; huiuſmodi cogitationes ſecũ ver
ſabat. Quid nam hęc o diſ cum cæteris ſupe
rior videar: æqualis omnino ceteris eſſe fe
ram diutius? fortunãq; temere permitto mi
hi diuitias largientem: ſi eadem cum multis
perpetior: cõuenientesq; ſententiam dicent
pauperes: et quod multitudini viſum fuerit
erit mihi lex. quæ nam igitur horum erit mi
hi ſolutio? arcem occupabo: & peſſime pden
das e medio tollam leges: atq; in hunc mo
dum lex ero multitudini: non multitudo mi
hi. Hæc ſecum meditabatur ſine non impoſi
to. Nam beniuolentia deorum prohibuit.
Non igitur obquę diſ habẽdæ ſunt gratiæ:
hæc eum ſeruauerint hodie. Graue quidẽ Compa
eſt homicida: ſed Tyrãnus lõge grauius. ille ratio.
enim vnum quempiã interimit. Hic oẽs mu

tat ciuitatis fortunas. Itaq; quanto vnius cedes cunctorum pernicie leuius: tanto sicarius tyrãno minus malum. Cõtingit alijs hominibus quantumuis grauia perpetrauerint: vt voluntatem saltem a factis eximãt. Sed Tyrannus solus a volũtate facinus alienum asserere nõ potest. Si enim inuitus Tyrannidem aggrederetur: culpa voluntatis absolui posset: at cum consulto deliquerit quomodo iustum fuerit eum absoluere: qui voluntatem facinori anteposuerit. At qui omnes alii homines: quis coram vobis reis esse obtigit: presentis solummodo delicti rationem reddũt: ob preterita merita plerũq; absoluuntur. Hic autem solus vitę vtriusq; reus est. Nam neq; preteritam agit modice: et præsens est præterita grauior. Quam ob rem vtrorumq; penam luat: tam preteritorũ videlicet q̃ presentium criminum. Qui nã igitur supplicantes eum absoluent: per Iouem liberi. Sed eum lugebant: tunc leges assistere reputare. Quis multo iustior est: quã huius vos filijs suffragium reddere. Per huius enim filios Tyrannis manebit stabilis: Per leges autem: iudicandi potestatem vos consecuti estis. Quo circa per quę vos iudices estis constituti: pro his iustum est suffragium feratis. Porro: si lex patriam liberãtibus honores tribuit. Reliquum est vt qui in seruitutem conantur redigere: puniãtur.

vòluntas.

Digressio.

Miseri cordie amotio

Legitimum.

Iustum

Iustum est autem: vt tanta pœna a nobis

afficiatur: quātū existit iudicium: ad quod nos ipse compulit. Expedit vt cadat Ty- Vtile rānus. Nam legibus stare permittit. Estq; possibi admodū facile in hūc animaduertere. Neq; le. enim quemadmodum ipsi satellitibus opus fuit ad aggrediendam Tyrānidem: Sic vos quoq; socijs indigebitis: ad hunc summouē dum. Iudicium. suffragium: satis erit ad om nem Tyrannidis potentiam abolendam.

¶ Diffinitio laudationis.

ENcomion. Laudatio inquā est ora- tio: bona: quibus quisq; prædit' est exponens. Dictum est enim Encomi on q; in vicis ātiquitus caneretur. Differtq; Encomion: preconiū inq; siue lau- datio: ab hymno & laude: q; hymn' diis cō- petat. Laudatio mortalibus: et q; laus bre- uibus fiat. Laudatio non sine artificio pro feratur. Prosequemur autem laudationem Personas: ac Res: Tempora: & Loca: Anima lia ratione carentia: & ad hęc plantas. Per- sonas: vt Thucydidē: aut Demosthenē. Res vt iusbitiam: Temperantiā. Tempora: vt ver Estatem. Loca: vt portus: hortosue. Anima- lia ratione carentia: vt Equum: Bouem. Plā tas: vt Oliuam: aut vitem. Laudandum au- tem et cōmuniter: et priuatim. Cōmuniter vt omnes Athenienses. Priuatim: vt Athe- nienſem vnum. Diuisio sane huiusmodi est.

Dilatabis autem his capitibus. Primũ vteris proæmio materię congruẽti: tum genus appones quod diuides in gentem: patriam: progenitores: parentesq;. Deinde educationem. quam diuides in studia: artes / legesq;. Post hæc maximum afferes laudationum caput: videlicet res gestas: quas diuides in animum / corpus / & fortunam: ab his inquã eas deducens. Animum & in fortitudinem: prudentiamue. Corpus / formam: agilitatem / robur. Fortunam vt in potestatẽ / diuitias / amicos: his addes comparationem ex iuxta positione: colligens: tribuẽ sue excessum ei quẽ laudas. Tum epilogũ voto potius cõgruẽtẽ

¶ Laudatio Thucydidis.

proęmium.

MErito sunt honore persequẽdi qui adinuenerunt vtilia: quoniam exhibuere pulcherrima Q;q; ex illis manauit ijs qui vindicauerint iuste retribuendum: ergo Thucydidẽ orationis dotibus cõmẽdabo: ijs eũ quę sunt ei⁹ peculiaria honorando. Porro omnes a quibus beneficium acceperis: honore condigno

prosequaris: par ac decẽs est. Sed tanto Thucydiden ante alios: quanto pulcherrimũ omnium adinuenit. Neq; enim in existentibus eloquentia præstantius: quicq̃ assequi: neq; Thucydide quempiam in eloquentię studijs doctiorẽ inuenire licet. Ex ea igitur regione fuit Thucydides: quę tam artem illi præbuit q̃ vitam. Quandoquidem non aliunde ortus sit: q̃ vnde eloquẽtię studia prodierũt vitęq; matrem nactus Athenas: progenitoribus est regibus vsus: maiorq; fortunę potentia: ac ciuilitate populari ad alterum corrigendum. alterius commodo vsus est. Quippe qui iniustas diuitias ob equalitatem despiceret: & popularem indigentiam: generis felicitate contegeret. Atq; ex eiusmodi parentibus ortus: educatur in re publica ac legibus pręstantioribus cæteris. Cumq; tam armis: q̃ paci vitam duceret esse accommodandam: Philosophandum idem atq; imperãdum simul esse decreuit: nec studia armis abdicans: nec prelia a prudentia separans: vnamq; fecit meditationem: quorum nõ vnã habuit artem: in vnum colligens quę sunt natura distantia. Genus Educatio.

Res gestę.

VT vero inter viros est cõnumerat⁹ q̃rebat occasionẽ ostẽdandi: q̃ bene iã exercuerat nec diu fortuna bellũ Res gestę.

distulit: actaq; Græcorum omnium: peculiarem ipse fecit Artem. Custosq; fuit eorum: q̃ in bello occiderunt. Neq; enim permisit vt tempus: res gestas: prout quæq; gerebantur a singulis obscuraret. Vnde sane capta Platęa dignoscitur: apparet depopulatus ager Atticus. Ac circum nauigata: Peloponessus cõspicitur. Naumachiarũq; : est conscia nau pactus. Hæc thucydides cõscripta latere nõ permisit: Lesbos capta est: id in hunc diem prędicatur. aduersus Ambraciotas est prælium initum: nec rem factam: tempus abstulit. iudiciũ Lacedemoniorum non ignoratur iniquum. Sphacteria & Pylus magnum Athenienſium non latuit facinus. Vnde Corcirei Athenis concionantur. Corinthij Corciren sibus pro concione aduersantur. Argonitæ autem accusaturi Lacedęmona properant: et cohibens impetum Archidamus Sthenelaidas ad pugnam cõcitans: ad hęc Pericles legationem laconicam despiciens: et irasci non permittẽs Athenienſibus ęgrotãtibus. Hęc cũctim Thucydidis scriptis in omne eũ conseruantur.

Comparatio. At postea ei quispiam Herodotum comparabit: at ille narrat ad voluptatem: hic vni vetitati sacrificat. Quãto igitur oratio ad gratiam: q̃ ad veritatem inferior: tanto Herodotus bonis Thucydidis vincitur.

Epilogus. Multa erant prętęr hac de Thucydide: quę percurrerem: nisi vt omnia possim dicere laudum multitudo prohibeat.

SApientiam assequi nimirum fœlici-ter obtigit. Laudare condigne nūq̄ licuit: quę tantum felicitate exupe rat: vt communis deorum possessio constituta sit. Alius enim deor̄: prę stat aliud quippiam. Iuno p̄est nuptijs: bellis Mars cum Pallade. Ad Ignem: Vulcanus fabricat. Neptunus ducem se nauigantibus exhibet. alius aliud quippiam deorum exercuit. Cæterum Sapientię cuncti sunt partici pes: peculiariter autē Iupiter inter omnes. Quanto em̄ potētia deos superat reliquos: tanto sapiētia omnes antecessit: ac Dij quidem hanc ipsis cōnatam possident. Possessio autem in terram prodijt: atq; a deorum filijs in vitam allata est. Proinde mihi licet affatim poetas admirari: quod Palamedem & Hectorem: et quicunq; est alius imprimis Sapiētissim⁹ habit⁹: hos dijs esse natos tradiderunt. Non quod essent natura: Deorum filii. Nam ipsi quoq; extitissent Dij: et communicatione generis: cōmunicationem virtutis indicarent. Sed quia deorum virtutē acquisiuerāt: Deorum filij existimabant. & videntur deorum: quorum sapientia possessio generis prodijt monumentum. Cęterum sapientia pręstat vtroq; tēpore. Etenim alia pace solummodo adprobātur: alia bello dū taxat in pręcio habentur. Sola rerum omni

um sapientia: vtriq; scit æque atq; alteri imperare. porro versatur in bello: ac si pacem penit⁹ ignoret. pacis ita fit particeps: quasi bellorum penitus insciа: et apud quam exercet imperium: solius esse existimatur. Nã leges sancit pacis tempore: quietisq; omnifariam modis utitur. In bellis autem victoriarum magistra est. Cũq; sapientia in armis victoriam prebeat: in concionibus non permittit præstare alium. Sed vtrobiq; superare scit equaliter pugnãtes: cessanteq;. Sola sapientia quę deorum sunt imitatur. Sola enim vt deus futurorum est p̃scia. Hęc agri eolis extendit terram: ac mare nauigantib⁹ tribuit: nec fructus absq; sapientia licuisset colligere: neq; nauim conscendere: absq; eo qui sapienter gubernaturus esset. Proinde quicquid mare liberaliter exhibet: & quęcũq; tellus mortalibus præbet: ea sapienter inuenta sunt. Hęc latere non permisit quę cœlum in se arcana continet. Nam quantumcunq; Sol ambit circulũ: & quęcunq; preterit sydera sola Sapiẽtia hominibus adinuenit. Quinetiam quę telluris sunt: nõ ignorauit sapiens: qualiterq; post obitum erimus. Troiam capi posse sola sapiẽtia prębuit: quæq; multum tempus domare non valuit: sapiẽs consilium expugnauit/totamq; persarũ dissoluit potẽtiam. Vnius decreto consilii Cyclopis assumptus est oculus: Vlixe sapiens consilium ineunte. Igitur quicquid vincit/

ex sapientia prouenit: & postea fortitudinē ei aliquis comparabit. Sed quod potis est facere potentia: id sumit ex sapientia: quod si a fortitudine demas prudentiam / accusandā relinquitur. Multa erant prēter hæc / de sapientia percurrenda: sed fieri nequit / vt omnia ab enarratoribus dici possint.

¶ Diffinitio vituperationis.

VItuperatio est oratio / mala quę insūt cuipiam exponens. Differt a communi loco / q; locum communē sequitur pœna. Vituperatio calumniam solā continet. Diuiditur eisdem capitibus quibus & laudatio / totq; vituperare oportet / quot etiam laudare: videlicet personas / res / tempora / loca: animalia ratione carētia / & ad hæc plantas. Vituperandum est autem & cōmuniter & priuatim. Cūq; proœmio vsus fueris genus proferes / quod diuides sicut in præconio. Tum educationem / actaq; / postea comparatione atq; epilogum / ita pones vt in prę conijs.

¶ Vituperatio philippi.

NEc virtutem sine laude / neq; vitium sine vituperatione dimittendum. Quoniam ex vtraq; re idem prouenit commodum: Dum boni laudantur: maliq; vituperantur.

Omnes igitur æquum est vt male audiãt: q̃ perperam meditantur. sed Philippus tanto pœnis omnibus. Quãto malitia cæteros an teceſſit. Etenim oriũdus est ex genere: quod barbarorum exiſtens peſſimum: locum ex loco ob imbecillitatem mutare non ceſſabat. Nam eos Argiui primum expulerunt. Deinde errabundi: ad quẽ habitant: confugerũt locum: duabus infœlicitatibus ad cõmigrationem vſi: dum cedunt potẽtioribus ac deteriores eiſciunt ob imbecillitatem: iniquitatemq; firmam habitationem conſequi nõ valentes: atq; ex eiuſmodi genere ortus: deteriore vrbe progreſſus est. Etenim Macedones barbarorum peſſimi. Pella autem macędonum: regionis pars deterrima: ex qua ne ſeruus quidem frugi haberi poſſit. Atqui in eiuſmodi terra ortus: progenitores habuit Patria nequiores. Nam Philippus huic progenitor fuit: cui regionis imperium nõ permittebatur ex genere. Subide Amyntas pater: vt regno potiretur alienæ opis egens Etenim Athenienſes eum reduxerunt: atq; a talibus ortus: manẽs apud Thebanos obſes erat: cumq; in media gręcia verſaretur mores cõſuetudine nõ imitabatur. Sed Barbaricam intemperantiam: in gręcis ſtudijs prę ferebat. Vniuerſiſq; in Græcos Barbaroſq; diuiſis: inter vtroſq; idem erat: parẽ in diſſimilibus generibus nequitiã exercens. Primumq; cognatam ſibi gẽtem in ſeruitutem

redigebat: iſs fraudem oſtentans: a quibus fuerat oriundus: vnde vicinos aggreſſus deſtruebat: captiſq; Pannonibus: Illiricos iſs addebat: triballorumq; regionem depopulabatur: inuaſas tot Nationes ſubigens. Quod infeliciter degebant Finibus adiacẽtes: & corpora quidem Barbarorum ſubigebat debellando: Animos autẽ vna cum corporibus non ſubigebat. Verum defectionem meditabantur: qui armis inſeruirent: & cogitationibus erãt liberi: actu ſeruiẽtes: Barbarorumq; finitimis: vt quiſq; erant proximi: ſubactis: aduerſus Græcos procedebat. Primumq; Thraciam incolentium Græcorũ vrbes ſubuertebat. Amphipolin occupans: capiens Pydnam: Potydæamq; cum iſs abigens. Nec feras a Pegaſis neq; Nagneſſam a feris: ſeorſum relinquẽs. Sed omnes theſſalorum expugnabantur vrbes: et tanq̃ inditium generis ferebant ſeruitutem. Cæterum nec de eius interitu: referre abſurdum eſt. Vt enim progrediens pleraq; occupabat: ſpretiſq; fœderibus qui cum eo inierant in ſeruitutẽ redigebat: ęgreferentes toties deſpecta fœdera Diſ: competentem mortem illi intulerunt. Neq; enim pugnantem interemerunt: nec teſtem mortis eius virum fortem eſſe voluerunt: ſed inter ipſas voluntates eum perimunt. Congruens Philippi nequitię: funeris ſolatium Voluptates ſtatuẽtes: vt vtriuſq; intemperantię teſtimonium

ferat: ex vita interituq. Et postea comparabit ei aliquis Echetum. Atqui ille exiguum extremorum decerpens: reliqua corporis omittebat. Hic tota corpora: cum totis ipsorũ partibus absumebat. Quanto igitur grauius totum q̃ pars absumptum: tãto philippus peior. Echeto Desinere Philippus circũueniens haud quaq̃ nouerat: desinere autẽ sermonẽ necesse est: quo eius facinora enarrantur.

Definitio comparationis.

Comparatio est oratio per inquisitionem: ex iuxtapositione colligẽs/tribuensq; illi/qui comparatur/maius aut ęquale. Oportet autẽ comparãtes/aut honesta probis conferre/aut praua prauis/aut bona malis/aut parua comparare maioribus. Et in totum comparatio/duplex laudatio est: aut pręconium ex laudatione: & vituperatione compositum. Atq; omnis sane comparationis locus/omnino difficilis: sed præsertim qui parua magnis comparat. Totq; comparare oportet: quot etiã vituperare: & laudare personas inq̃ & res. tempora & loca. Animalia ratione carẽtia & ad hæc plantas. Nec oportet comparantes totum toti conferre. etenim remissa est eiusmodi oratio: carensq; vehementia. Sed

caput capiti: talis enim vrgentior. Nam diuisio laudationi conuenit: non comparationi comparatio: caput inquam in hoc prȩexercitamento locum non habet: cum totũ sit comparatio.

¶ Comparatio Achillis & Hectoris.

VIrtutem virtuti comparare desyderans: Pellei filium cũ Hectore cõfero. Etenim per se virtutes honorandȩ: sed inuicem collatæ: videntur adhuc amplius ęmulandȩ. Itaq; nati sunt ambo ex terra non eadem: verumtamen vterq; ex valde laudata. alter enim ex phthia: vnde ort⁹ est qui nomẽ græcie tribuit. alter ex Troia: cuius conditores diȷ fuere primi. Quanto igitur ortos esse ex regione simili: non minus facit ad laudem: tanto Hector non est Achille inferior. Cũq; vterq; ex terra laudata profectus sit: ambo cognationem equalẽ habuerunt. Nempe vterq; a Ioue prodiit: Pellei siquidem Achilles filius: Eaci Pelleus, Eacus Iouis. Hector similiter Priami filius. Priamus Laomedontis. Laomedon a Dardano est progenit⁹. Dardanus Iouis extitit filiꝰ. Cumq; progenitorem habuerint Iouem: patribus similib⁹ vsi sunt. nã Achillis parẽtes æac⁹: pelleusq;, quorũ alter siccitatę greciã

liberat. Alter lapythis interemptis premiũ virtutis Deæ sortitur connubium. Hectori autem proauus fuit Dardanus qui pridem cum Dis consuetudinem habuit. Pater autem Priamus ciuitati imperãs a Dis conditę. Quantum igitur simile cũ Diis conuixisse: & consuetudinem cum melioribus habuisse: tanto Hector Achilli similior: natiq; ex eiusmodi progenitoribus: ambo ad fortitudinem educati sunt. Alter enim sub Chirone educatur: alterius Priamꝰ: alter extitit natura virtutis promens documenta. Educari autem ad virtutem: cum ęqualiter vtrisq; contigerit: ęqualem ipsis affert gloriã. ¶ Sed vbi in virum vterq; adultus est: in eodẽ bello pari prestabant robore. Nam primum Hector Troianis imperabat: ac dum viueret: Troię propugnaculũ erat. Deinde Dis opitulantibus manebat / & cadere postq̃ occubuit / Troias permisit. Achilles autem Græcis armatis præerat in acie / cunctosq; perterre faciens / superabat Troianos / concertatricemq; Palladem habebat. Cumq; occubuit: victoriã Grecis abstulit / & ille victus: a pallade interimebatur. Hic autem occumbens ab Apolline confodiebatur. Genitiq; a Diis / a Diis sublati sunt. Nam vnde genus / inde etiam vitę finem sortiti sunt. Quantũ igitur eorum similis vita / & mors: tantum Hector Achilli similis. licebat pręter hęc: plura de amborum virtute referre. Nisi gloriam

ambo parem factis haberent.

¶ De alloquutione Ethiopęia.

Alloquutio inquam: eſt imitatio ſermonis: moribus ſuppoſitę perſonæ conueniens. Eius tres ſunt differẽtię: ſimulachri fictio: proſopopęia: & nomen habẽs generis: allocutio. Allocutio igitur eſt: quę notã habet perſonam: ſed morem ſolũ fingit. vnde & Ethopęia appellatur. vt quæ nam verba diceret Hercules: præcipiente Euriſtęo. hic Hercules notã eſt: ſed morem ſolum Herculis fingimus. Idolopęia. (Simulachri inquam fictio) quę perſonam notam habeat: verum mortuam: quæq; iam loqui deſierit. Sicut in fabula: quę Demę (populi inquam) inſcribitur: Eupolis finxit: et Ariſtides in defenſione quatuor imperatorum. Vnde etiam Idolopęia nũcupatur. Proſopopęia: cum omnia finguntur: et mos & perſona. Quẽadmoduu fecit Menander Elenchum. Nã Elenchus res quidẽ eſt: ſed non etiam perſona. Vnde etiam proſopopęia nuncupatur. Fingitur enim vna cũ more: etiam perſona. At diuiſio quidem huiuſmodi eſt. Alloquutionum: quędam ſunt affectuoſę: quędam morales: quędam mixtę. Affectuoſę/quę paſſim plenę ſunt affectibꝰ. vt quę nam verba diceret Hecuba iacente Troia. Morales quę ſolum morem introducũt. vt quibus nam vteretur verbis vir Mediterraneus: tum primum mare conſpicatus. Mi-

xtę: quę pariter habent vtrũq; vt quibus na
vteretur verbis Achilles: ad patrocli cada-
uer: dum pugnandũ sibi decerneret. mos eñ
consilium est: affectus: amicus iacens. Dila-
tabis Ethopęiam: charactere dilucido / breui
florido / soluto / remoto ab omni circuitione
et figura. Diuidesq; loco capitum: tribus tẽ
poribus: prędenti / præterito / & futuro.

¶ Ethopæia affectuosa. quibus nam vte
retur verbis Niobe: iacẽtibus liberis.

OValem ex quali cõmuto fortunam.
liberis orba: pridẽ clara liberis vi-
sa: atq; id mihi ex copia supereſt: vt
maior inopia facta sit: atq; iam nevnius qdẽ
nati mater exisio: q̃ prius pluriũ habebat ge
nitrix: quãto satius erat nõ peperisse: quã in
lachrimas peperisse. Ijs q̃ nõ pepererũt: orba
tę magis sũt miserabiles: quod eñ ad notitiã
prodijt: dũ aufertur grauiꝰ afficit. Sed hei
mihi: quã similẽ parenti fortunã sortita sũ.
A Tãtalo nimirũ orta sũ: q cõsuetudinẽ ha
bebat cũ dijs: atq; a deorũ cõsuetudine: quã
expertus fuerat: excidit: ac Tantalo genita
genus cõfirmo miseriis: cũ Latona cõsortiũ
habui: atq; ob eã infelix sum: eiusq; cõsuetu-
dinẽ: vt priuarer filijs inij: atq; in calamita
tẽ: dei cõsuetudo mihi desinit. ãteq̃ Latonã
experirer: mater erã beatior. sed facta fami
liaris: indiga sum prolis: qua ante notitiam
abundabã: & nunc vterq; natorũ cœtus: lu-
ctus est mihi propositus: & lugendi facultas.

minor: quanto maior est necessitas. Quo me vertã? Quos amplectar? Quod nã mihi sup petet sepulchrũ? ad omniũ nãtorũ iacentiũ perniciem? Desunt honores calamitatibus: sed quid hæc ego conqueror? cũ a dijs petere liceat: vt aliam mutẽ naturã? vnã calamitatum solutionẽ video: vt ad penitus sensu carentia transferar. Verũ amplius metuo: ne id quoq; visa flens maneam.

¶ Descriptionis diffinitio.

Descriptio est oratio per circũductionẽ: sub manifestũ affertes aspectũ: quod declaratur. Sũt describẽda: psonę/ac res/tẽpora: & loca: Aialia ratiõe carẽtia: & ad hęc plãtę. Persone: vt apud Homerꝝ in odyssea ad Eurebatẽ Olli hũeri teretes: atro crispusq; capillo. Res vt naumachias: ac terrestria pẽlia: quẽadmodũ facit Historic⁹. Tẽpora: vt ver & ęstatẽ: describẽdo: qc ũq; in illis flores prodeũt. Loca: vt idẽ Thucydides portũ Tesprotorũ: chimeriũ dixit: qua forma esset. Describẽtes oportet psonas quidẽ: a ptimis ad extrema procedere: a capite iquã ad pedes. res aũt ab ijs quæ ãteceserũt: in eisq; sint: & q̃cũq; amãt euenire. tẽpora & loca ex circũstãtibus/atq; in ipsis existẽtib⁹. Descriptionũ: q̃dã sunt simplices/quędã cõiunctæ/ Simplices q̃cũq; terrestres/aut nauales enarrant pugnas. Coniunctę/quę res ac tempora pariter coniungũt: sicut describit Thucydides nocturnũ pẽliũ quod in Sicilia gestũ est.

vna enim cũ prelio: quomodo ageretur: qualiter etiam se haberet nox: definiuit. Describentes characterem remissum: apertumq; adhibere oportet: diuersisq; orationem varia: re figuris.

¶ Descriptio arcis Alexandriæ.

ARces nimirũ in communẽ vrbium securitatem erectę sunt. Summa enim vrbiũ extitere: muniunturq; non magis ipsę habitaculis: q̃ vrbes muniãt. Atq; Atheniẽsiũ arcem: medius Athenarum complexus est locus. Arx autem/quam Alexander vrbi suæ posuit: vt nomen exigit fabricata est. Nempe in extremo vrbis eum constituit: ac peculiarius ipsam licet arcem adpellare: q̃ ob quam Atheniẽses gloriari cõsueuerũt. Etenim sic habet quodãmodo prout oratio enarrabit. Vertex quidam eminet e terra: multũ quidem in altum progressus. Arx autem ob vtrumq; vocata: & quod in summũ tollitur: & quod in extremo vrbis est posita. Quandoquidẽ arcis vocabulo extremitas designatur. Viæ ad ipsã non equales: hac enim via facta est: illac aditus: appellationesq; cõmutant viæ: ex modo nũcupatæ: quo sitę sunt. Hac enim pedibus licet accedere. estq; cõmune: etiam plaustris ingredientibus iter. illac tolluntur gradus: nec patet accessus curribus: nam scalæ scasis superadiectæ: maiorem vsq; reddunt alti

tudinem: vtpote ab humiliori ad sublimius perducentes: anteq̃ ad centum perueniant gradus: nusq̃ desinentes. Terminus enim numeri finis est: ad perfectam mensuram progressus. Vestibulum scalas excipit: cãcellis modicis circũseptum. Et quatuor sane maximę columnę attolluntur: varias vias ad vnum ducentes aditum. Super colũnis eminet quidam œcus: modicis columnis proiectis: quæ neutiq̃ similẽ colorem exhibeant: sed ad structurã collatæ prę ferunt ornamentum. Tectum œco tendit in circulum: apud circulum magnum existentium monimentũ affixum est. Ingredienti arcem ipsam quatuor lateribus locus vnus ęqualiter diuiditur. Structurę figura quadrãgula. Aulaq; in medio peristylos: columnis vndiq; circumdata. Aulam porticus excipiunt: porticus sane paribus columnis distinctæ: iisq; spatiũ quo nõ licet maius sumere. Singulę portic⁹ desinũt in obliquã alteram: ac duplex columna in vtrãcumq; diuiditur porticũ in alterã desinens: alteram vero incipiens. Aræ adstructę sunt intra porticus: quædã librorũ thesauri: laborib⁹ studiosorũ patentes philosophię incumbentiũ: totãq; ciuitatẽ excitantes: ad liberã philosophandi potestatem. Quædam in deorum honorem veterum erectæ. Tectũ porticibus auro elaboratum: colũnarũ capita ære quidem elaborata: sed auro obducta. Atqui ornatus aulæ haud omnino vnus

eſt:aliſs enim alius. Eſt tamen vbi Perſei de cent erumnæ. In medio columna eminet exi miæ altitudinis: locum ſpectabilē faciens. nec progreſſus: quippiam gnarus quonam procedat: ni ſit itinerū columna: vſus indi tio: arcēq; reddit conſpicuā: terram: ac mare verſus. principia exiſtentiū columnæ verti cem circumſtetere: atq; priuſq̄ ad mediā per uenias aulā: erecta eſt ſtructura in ianuas di uiſa: quęcūq; vetuſtis nuncupatę ſunt diſs: duoq; obeliſci extāt lapidei: ad hęc fons piſi ſtratidarū ſcatet: fons præſtantior: quoq; admirandum ſit: atq; incredibile/ artificum numerum continens. Nam quaſi vnus non ſufficeret operi: opifices totius artis decē: duobus obiectis ſeſe offerunt. Deſcendentē ab arce planus excipit locus: ſtadio ſimilis: quod etiā loco nomē acceſſit. illac alter ſi militer diuiſus: ſed nō ęqualiter protenſus. pulchritudo ſane præſtantior: q̄ quæ referri poſſit: et ſi quid prætermiſſum eſt/ in admi rationis additamētū tranſit. Nam quia di ci non potuit: pretermiſſum eſt.

¶ Definitio Theſis ſiue poſitionis.

Theſis (poſitio inquā) eſt conſideratio decernēdę alicuius rei/ oratione con ſtans. Poſitionū quędā ſunt ciuiles/ quædā pertinent ad contēplationē. Ciuiles ſunt/ quibus actio ineſt/ ciuitatē continēs. vt an ducēda ſit vxor/ an nauigandū/ an ędifi candū. Hæc enim oia ſi fiant/ vrbē cōſtituūt

Speculatiuę in ſola mentis ſpeculatione cõ ſiſtũt/vt an Sphericũ ſit celũ: an multi ſint mundi. nã hec ad hominũ notitiã non perue niunt: ſed intellectus ſolius ſpeculationis ſunt. Differt Theſis ab Hypotheſi/q; Hypo theſis haber circumſtantiã: Theſis ſine cir cũſtantia eſt. Circũſtantię ſunt: perſona/res/ cauſa/& reliqua, vt pote quæritur/an ſit edi ficandũ. Conſideratio eſt perſonam non ha bens. illud autem perſis græciam inuadẽti bus/lacedemonij conſiliũ ineunt: an muris ſparta munienda ſit. Hypotheſis. nã perſo nã habet lacedemonios decernẽtes. rem: mu ris ſpartẽ circũdari. cauſam inuadentes per ſas. Cęterũ primũ in pręexercitamẽtis the ſis obiectionẽ/ſolutionẽq; in queſtiõibus re cipit. Diuiditur Theſis primũ Ephodo/indu ctione inq̃/quã loco proæmij pones/tum fi nalibus vteris capitibus. legitimo/iuſto/ vti li/poſſibili.

¶ Theſis. An vxor ſit ducenda.

Q Vi vniuerſum breuibus cupit hono re proloqui/laudet cõnubiũ. habet id quidẽ a celo originẽ: quin potiꝰ celũ implet diis. eſtq; pater eorũ vnde patris no men cõceditur. productumq; dis ſeruãdã ip ſis naturã dimiſit. Tum petit terrã: reliquis omnibus generationẽ afferẽs. Cumq; produ xerit quę promouere nequeunt/ ꝓpetuitatẽ iis ſucceſſionibns adinuenit/ primũq; viros

ad fortitudinẽ excitat: nam propterea ꝙ liberos & vxores dat connubiũ: pro quib⁹ geritur bellũ: dat esse fortibus suis muneribꝰ. tum præterꝙ ꝙ fortes: iustos facit. Ex quo enim donat prolem: pro qua homines metuentes operantur iusta: iustos pariter facit cõnubiũ forteſq;. Quin & sapientes: quãdo ad consulendũ chariſſimis excitat. Quodꝙ præter opinionẽ videatur: temperãtiã nouit⁹ afferre connubiũ: atꝙ in voluptatũ beneficẽtia: permixta est temperantia. Quia enim legem imponit voluptatibus: lege tẽperantiæ voluptates exhibet. Qꝙ per seipsum vituperatur: vna cũ connubio habetur in honore. Si igitur deos producit connubiũ: ac post illos singula genera: forteſq; & iustos pariter efficit: sapiẽteſq; reddit: ac temperãtes: cur non quoad fieri possit: connubium honore prosequẽdũ? Verũ inquit: sed miseriarũ causam præbet cõnubium. Fortunã mihi videris: nõ connubium accusare. Quæ enim aduersa fortuna vexati patiũtur homines: fortuna dat: nõ cõnubiũ. Quę autẽ benigne concedit hominibus connubiũ: non hæc amplius per fortunam homines assequuntur. Quamobrem admirari potius cõnubiũ conuenit: ob ea: quæ insunt ei bona: ꝙ vituperare propter mala quę fortuna ꝓbuerit. Quod si etiã cõnubio tribuamus: quæ pessima hominibus accidũt: cur nam magis a cõnubio abstinẽdũ? Neꝙ enim quæcũꝙ insunt rebus

Obiectio. solutio

molesta:hæc etiã res fugiendas reddũt. Iãq; mihi singulas artes æquo repẽdas examine: Quibus ineſt q; ſcilicet culpes:agricolas per turbat tempeſtas:& grandinis vis ingruens labores eorũ proterit. Nõ tamẽ quia agricolis terrã vaſtat tẽpeſtas:Idcirco Agricolæ terram aufugiunt:ſed manent:colũtq;. Q;q̃ perturbat aliquid cælitus delatum. Rurſus vtũtur aduerſa fortuna homines nauigãdo: illidũtq; naues ingruẽtibus tempeſtatibus: non tamen inde ceſſant a nauigatione. q̃q̃ parte aliqua iacturã paſſi. ſed fortunę reſerunt acceptũ:quod moleſte accidit. expectãt quæ proueniũt a mari facultates. Atqui bella quoq; & prælia corpora pugnantiũ abſumũt:nõ tamẽ occubituri pugnãtes abnegãt prælia. Sed quia pugnãtes habẽtur in admiratione:etiã occũbere nõ recuſant. Quodq; ſubeſt ĩfortuniũ:bono quod adiũctũ eſt obduxerũt. Neq; enim ob mala:quotquot exiſtãt bona fugiẽda ſũt:ſed propter bona:ſũt tolerãda peſſima. Ergo abſurdũ eſt agricolas/nauigantes/ad hęc quicũq; militiã exercent/tolerare moleſtias ipſis aduerſantes. nos autẽ connubiũ ſpernere:quia connubium moleſti aliquid afferat. Verũ inqt. Sed mulieres viduas:liberos orphanos reddit. Hæc mortis mala ſunt/affectionẽq; nouit natura. Tu videris mihi culpare connubiũ/quod non etiã deos reddat homines/& vitio dare cõnubiũ q; non mortalia dis annumeret. Quid enim

Obiectio. ſolutio

dic mihi connubio adscribis: quę mors exequitur? Quid Hymenæis tribuis: quorũ natura gnara est: concedas vt cadat: qui vt caderet natus est. Q; si cadũt quia nati sũt homines: qui autẽ cecidit: viduã relinquit coniugẽ: orphanũ facit natũ ex se. Cur dicis patrare cõnubiũ quę a sola natura facta sunt? Ego vero cõtra: cõnubiũ afferre puto remediũ viduis: orphanisq;. Decessit pater alicui & hoc filius orphanus: alter; introduxit patrẽ connubiũ orphanis: detrimentũq; nõ ex cõnubio prouenit: sed connubio obtegitur: fitq; priuationis abolitio/nõ argumentũ cõnubiũ: tũ viduitatẽ ob mortẽ induxit natura: at per Hymenęos cõnubiũ mutauit. quã enim viduã coegit esse mors: cũ marito concessit vitã agere cõnubiũ: quasi propriũ custodiẽs beneficiũ. Nã quę principio intulit: sublata cõcessit rursus. Ergo viduitatẽ tollere: nõ ĩducere nouit cõnubiũ. Atqui pater etiã morte priuatur liberis: sed cõnubio acquirit alios: paterq; fit secũdo: cui semel esse nõ cõceditur. Cur igitur bona connubij: in culpã transfers cõnubij. Et mihi videris nõ redarguere gestiẽs: sed laudare Hymenęum. Nã quibus impellis Hymenæorũ beneficia recensere: ijs laudator connubij nõ accusator existis. atq; accusando cõnubiũ: vt id admiraremur cogis: reddisq; cõnubij calũnias in beneficiorũ annumerationẽ. Verũ inqt sed laboriosa res est connubiũ. Et quidnã

Obiectio. solutio

labores: cõnubio magis scit remittere. Quæ cũq; sunt labori obnoxia: p hymenæos auferũtur. estq; oino requies: cũ vxore cõgredi. Quale nã in cubile vir cũ vxore cõueniẽs: q̃ cõmode: q̃ hilariter: filius expectatur: & expectatus apparet: & visus salutat patrẽ: ad meditationem artis accurrit: patri opitulatur: & pro cõtione orationem habet: atq; in senectute præbet alimẽta: & oino quocunq; res vocat: sese exhibet. Nõ licet oratiõe prosequi: quot nã cõmoda: possit afferre cõnubium. Magna res est cõnubiũ: tũ deos producens: tũ mortalibus concedens, vt dij videri possint: quum adinuenit: quo modo permaneãt. Præterea instituit: iustitiã colere: excitat ad tẽperantiæ studiũ: largiturq; liberaliter voluptates: quęcũq; visę nõ dãtur vitio: propterea passim cõnubiũ plurimi faciẽdũ. Epilogus.

De legis latione.

ET legislationẽ: inter p̃exercitamenta quidã tradiderũt. Est em̃ tota fere hypothesis: nõ tamẽ oia seruat quæ sunt hypotheseos. Nẽpe introducitur in ea persona: nõ tamẽ oino cognita. vnde thesi ãplior est: hypothesi arctior: qua enim semel personę figuram recipit: thesim superat. Qua vero nõ aperte seruat circũstantiam: ab hypothesi superatur. Legis igitur latio: duplex est exercitatio: approbatio: aut abrogatio legis positę. Est autẽ lex inuẽtũ quidem: ac munus deorum: cõmunis

ciuitatis consensus: delictorũ vtrobiq; emẽdatio. Diuisio legis lationis hæc est: eamq; capitibus operaberis: quibus etiã negotialẽ statũ. Legitimo/iusto/vtili/possibili. Pones autem proœmia: & post proæmia/quod appellatur cõtrariũ. Deinde veteris prædictis capitibus/vnde hac quoq; parte differt a Thesi.

¶ Abrogatio legis: quæ iubet Mechum deprehensum: indicta causa perimi.

NEq; omnino legem cõmendabo/nec omnẽ scripti partẽ culpabo. Nam quia tollit adulteria laudo: quod est positũ/quia non expectat suffragiũ iudicũ: arbitrium accuso. Si igitur(vtpote corruptelę iudices condẽnãs)iudicia tollit: de iudicibus male sentire arguitur. At si iuste vos iudicare fatetur (quemadmodũ etiã iuste iudicatis)quonã pacto iustũ sit iudices cõmendare/legem vero potestati subtrahere iudicũ? Atqui omnes aliæ quęcunq; positis aduersantur legibus. quædã ijs ciuitatibus aduersantur: quædã alijs consentiunt: hæc sola omnibus contraria processit. Cęterum mihi videmini longe melius legẽ examinaturi: si omnia rempublicã administrantiũ munera inquiratis. Imperatores/sacerdotia/decreta omnia/parum abest quin dicam quicquid bello optime geritur: quicquid pace rite administratur/cuncta ad examẽ iudicum præueniunt. Fungiturq; imperatoris mune

re: quem iudex examinauerit. Sacerdos est/ quem iudex confirmauit/habeturq; ratũ suf fragium/quod aliorũ decreto sancitum sit. nec bello victores pręmia sortiũtur: priusq; iudicũ examẽ subierint. quomodo igitur nõ sit absurdũ omnibus aliis decretũ inquiren tium expectantibus/solã hanc legem suffra- Obie
gium iudicũ subterfugere? Verũ inquit. sed ctio.
ingentes sunt adulterorum iniurię. Quid solutio
vero? Nonne maiores sunt homicidarũ? An proditores minus scelestos putabim⁹ alijs? An sacrilegi proditoribus minus flagitiosi? Attamẽ his facinorib⁹ cõuict⁹ iudicis sentẽ tiã expectat. Et neq; proditor pœnam luit/ nondũ a iudice lata suffragio. neq; homicidę occũbere obtigit: nisi prius accusator eũ cri minis redarguerit. neq; subtrahentibus quę deorum sunt pati licuit/ãteq; cõmissum nos se concessum sit iudicãtibus. Ergo absurdũ est maiorũ autores facinorũ corã iudicãtib⁹ pœnas luere/neq; putari horum singula nisi iudex suffragiũ tulerit. Moechũ aũt solum cadere: nulla inquisitiõe prius habita. quẽ iudici offerri oportuerit: quanto delictũ mi nus est cæteris. Et quidnam differat neca- Obie-
re Mechum/aut iudicibus tradere: si parem ctio.
ex vtraq; re: mortẽ subiturus sit? Quantum solutio
inter Tyrannũ/& legẽ intereſt. Quantaq; in ter populare statum/atq; vnius principatũ est differentia. Etenim Tyranni est/ quẽ libu it interimere/legis autẽ iuste necare: quem

redargŭerit. Et popul⁹ q̃cũq; agenda putat; pro cõcioe examinãda proponit. Monarchia plectit vtiq;: sed nõ & pariter ingrit: q̃ vtraq; popul⁹: & lex passim in oppositũ operatur illi: qui dominari ac Tyrãnus esse pretulerit. Quo pacto igitur nihil differat adulterũ interficere: atq; iudicib⁹ tradere. Et hęc q̃ sibi adulterũ interficit: dũm semet facit delinquẽtis. Qui iu dici tradidit potestatẽ in delinquẽtẽ iudicio tribuit p̃statq; nimirũ potestatẽ apud iudicẽ esse: q̃ apud accusatorem. Pręterea: q̃ sibi Mechũ interemerit alterius rei causa iteremisse suspitionẽ p̃bet. Qui vero iudicãdũ tradiderit: sol⁹ videtur quod iustũ est sibi vẽdicare. Verũ inqt: sed asperior illi pœna erit: si mox ceciderit. Nã lucro apponet dilationẽ tẽporis: mortẽ interpolãtẽ: quoad iudicio decernat. Quin ĩmo oppositũ accidet: si re⁹ fiat. nãq; dolẽtiorẽ protractã vitã illã sustinebit. Q̃m mali pręstolatio: malo ipso grauior est: pœnęq; dilatio: addita mẽtũ erit documenti. Cadet multoties: q̃ se casurũ speret: metũq; experiẽtia habebit grauiorẽ. Quare dũ Mœchus illico occũbit: nõ semetsentit occũbere: sensũ aufert penę celeritas: dolore caret mors: q̃ nõ prouisa contigerit. Que vero sepe expectata semel accessit: expectationibus pœnas numerat. Conferas igitur hęc & cõsideres: qui sibi Moechũ interemit: vltionis testem adhibet nullũ. At qui iudicibus tradidit: testes plurimos pœnę

Obiectio.

Solutio

facit:dolentior autẽ pœnæ modus:sub multis spectatoribus ẽditæ. et alioqui cõducet adulteris: clam occumbẽtibus. quum suspitionẽ multitudini relinquũt: q̃ nõ culpa: sed iniuria occidant. At redarguatur corã iudicibus delicti reus: pœnã haud ambiguã occisus patietur. Propterea expedit ipsimet adultero mori potius in obscuro: q̃ tradi iudicibus. Grauius sane mẽchi iniuria: omniũq; superat iniuriarũ excessum: ergo redarguatur: & postea occidat/reusq; fiat: potius q̃ pœnã luat: anteq̃ iuditium subeat. Nã moechꝰ interemptus: prolem faciet esse certiorem. Neq; enim dubitabit quispiam cuius sit filius: adulteris in posterũ sublatis: communis naturæ iniuria: ob id cõmune eum suffragiũ interimat: cũ apparuerit. quandoquidẽ ego verear ne dũ ignorãt cur mœchꝰ pereat: cõplures alij id genꝰ relinquãtur. Siqdẽ quod nesciant qua de re pereat: delictũ alij cupiant: & pœna non finis: sed initiũ mali sit.

¶ Finis Aphthonij præexercitamentorum.

¶ Errata a.ii.iprudẽtię.le.ĩpudẽ.elegãter le.inele.a.iii.vꝰ cõis.le.oĩonis.a.iiii.vnã le.vna.a.v.aut opꝰ.le.haud.a.vi.iactibꝰ.l. iactatꝰ.b.i.coronãt pro.le.coronãt.b.ii.maiorẽ mẽ.le.maiorẽ.agit mo.le.egit.sed eũ lugebãt.le.sed cũ lugebũt.reputare.le. reputate.b.iiii.vt ve.le.cõtinẽter sine cap.p̃ter hac.le.p̃ter hęc.b.vi.nagnessã.le.magnessã